ſumme ti.de re c.iiij.⁊ ibi diffuſe. Fran.caba.in cle.dudū.
in gl̄.ſuꝑ vero conceſſa.dicit glo.Jo.an.Lāō. Pa Steph.
⁊ cence.tenere ꝙ epiſcopus poſſit reſeruare caſus de qui/
bus curati poterant an̄ hanc ꝯſtitutōnem dudū abſoluere
ita ꝙ reſeruatio preiudicet fratribus.i.ꝙ ec̄ non potuerūt
tunc ab ipſis reſeruatis caſibus abſoluere. quod eſt cōtra
hoc quod dicit Jo.de ligna. Et intelligitur iſta reſeruatio

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

caſuum epiſcopalium de actibus exterioribus cū effectu ⁊ non de interiorib⁹. viȝ ſi quis deſiderauit. vel etiā q̄ſiuit aliū occidere. iſtud homicidiū cordis non eſt de caſibus reſeruatis epīs ¶ Dicit enī de pal. q incestus qui conmittitur a pueris qui non habent vſum rationis nō eſt de reſeruatis epīs. quia per hoc tollitur virginitas nec cātur affinitas. ¶ Capittulū. xij. de ſacerdote qui abſoluit aliquem a caſu a quo non poteſt abſoluere.

Et nota q ſi confeſſor q̄cunq̧ aliquē abſoluerit de aliquo peccato a quo nō poteſt. ſiue q2 eſt reſeruatus epō. ſiue quia nullam habȝ auctoritatē q̄ȝuis grauiter peccet. precipue qn̄ abſoluit ſcienter vel ex ignorātia iuris craſſa tamen ex hoc non incurrit aliquam cenſurā vel excōicationem. ſiue ſit clericus ſecularis. ſiue religioſus talis abſoluens ſm. Fran. caba ⁊ cence. ſȝ tenet̄ illū quē ſic abſoluit auiſare de errore ſuo. ſic cognoſcit vel poteſt inuenire. ille tamē quo ad deum excuſatur dū hoc ignorat. Et q dictū eſt q cōfeſſor dȝ illū auiſare quē abſoluit. cū nō poſſȝ intelligitur quādo fieri non p̄t ſine ſcandulo notabili. vn̄ in conſilio Baſileñ q̄dā mltū piti hita ſup hoc collatōne dixer̄t q talis cōfeſſor petat auctoritatē a ſupiori ſup hoc caſu a quo non potuit abſoluē. ⁊ tn̄ abſoluit q̄ habita vocet illū quē abſoluerat cū non poſſȝ. ⁊ per aliquē modum cooptū interroget de aliquib⁹ q̄ ſibi eſt confeſſus quaſi volens ſe meli⁹ informaē. ac ſi plene nō intellexiſſȝ. ⁊ ſi q̄ alia criminalia poſtea ↄmiſerit. ⁊ ſic ab omnib⁹ iterū abſoluat. de tūc alias auditis ⁊ prius Uel ſi magnū ſcandalū ex hoc timētur. ſic q p̄dictus modus ſeruari non poſſȝ abſoluat abſētem. ſi ab vltima cōfeſſione credit̄ pſeueraſſe talē in ḡtia. aut vt alijs placuit. cum ex hoc timeretur notabile ſcandalum eueniri. cōmitta xpriſto ſummo ſacerdoti. preſertim qn̄ multitudo eſt ſic neglecta. vl' multum diſtat a loco vbi eſt confeſſor ¶ Sed ſi religioſus abſolueret aliquē ab aliqua ſententia excōmunicationis ſuſpenſionis vel interdicti in iure poſita incideret in excōmucatione a qua nō poſſet abſolui citra ſedem apoſtolicam. cle religioſi de p̄uile. ſecus ſi abſolueret a ſententia homīs. quia tūc nō incurreret ſm. Pau. q̄ȝuis grauiter peccaret. ſed clerici ſeculaēs

abſoluendo a ſententijs iuris .quãuis ꝛ ipſi malefatiãt nõ
tamen aliquã incurrũt cenſuram

¶ Caplm.xiij.an in generali cõceſſiõe ꝯtineat̃ ſpetialis.

Nota etiã ꝙ vt dic̃ Jo.an.ſup.c.tua nob.in gl̃
ex̃ õ om̃i vica Si ep̃s dedit vicariũ genẽalem
ꝛ in mandato aliquid exp̃ſſit de his q̃ reqrũt
ſpetiale mãdatũ ſecuta genẽali clauſula ꝛ oĩa
alia q̃ p nos poſſum⁹ eẽ ſi mandatũ exigãt ſpẽale ſm hoſt.
ſatis videt̃ ꝙ talis eẽ poſſit ſpẽalia ad inſtar ꝓcuratoris
ſecus ſi aliq̃d de ſpẽalib⁹ nõ fuiſſet ibi exp̃ſſum.hec io.an.
Nõ vr̃ intelligẽdũ q̃ztũ eſt de ꝟtute verborũ.ꝛ in foro cõ
tentioſo.nã ſi in foro cõſcie aliter ꝯſtaret de intentõe ꝯfe
rentis.auctoritatẽ ꝙ ille intẽderit.hoc eẽ ſi nõ exp̃ſſiſſet a
liq̃d in generali ꝯceſſiõe intelligerent̃ ſpãlia.xxij.q.v.c.hu
mane.ꝛ hoc idẽ dici p̃t de auctoritate data ab ep̃o ꝯfeſſo
ribus.q꞉.ſ.dicendo.do vob̃ auctoritatẽ meã in ꝯfeſſiõe.nõ
intelligit̃ p hoc ꝯceſſiſſe caſus ſuos n⁹ alicui ꝯſtarꝫ.ꝙ p h᷑
verba generalia intẽdit caſus ſuos concedere.ſed dicen
do iſtũ ꝛ illũ ꝛ oẽs alios meos caſus.tũc intelligit̃ totum
dediſſe. ¶ Caplm xiiij.q̃d poſſint pñiarij curie romane.

Et nota ꝙ penitentiarij minores in curia pñt
abſoluere vndecũꝫ venientes ab oĩbus caſib⁹
peccatorũ ꝛ ſentẽcijs ep̃is reſeruatis.hñt em̃
auctoritatẽ quaſi ep̃alem in foro pñie ꝛ maio
rem q̃ ad quoſdã caſus excõicatõnis ꝛ diſpen
ſationis Sũm⁹ xͦo penitẽciari⁹ adhuc hꝫ maiorẽ in plurib⁹
alijs caſibus excõicationis ꝛ diſpenſationis.

¶ Caplm.xv.quid fiendũ qñ ꝯfeſſor nõ intelligit pẽitẽtẽ

Nota xͦo ꝙ cũ cõfeſſor nõ intelligit penitentem.
aut experientia lingue.aut ex dñatione.aut ex
diſtractione mentis ad alia applicate.vel ex alia
cauſa ſm Jo.de neapo.in quolibet.ꝙ cũ ſacr̃alis
confeſſio p̃exigat confeſſionẽ.cõfeſſio xͦo importat reuela
tionem q̃ nõ p̃t eſſe niſi reuelatõne vni⁹.ſ.confitentꝭ.ꝛ per
ceptione alteri⁹.ſ.confeſſoris.q꞉ ſi alterũ iſtorũ d̃ficit in p̃
fato caſu.credo de illo pctõ nõ eſſe factã ꝯfeſſionẽ.ꝛ p ꝯñs
non impendi abſolutõnem.hec ille. Si tñ non hoc facit ꝛ
confeſſus quidẽ de hoc non ꝑpendit abſolutus eſt coram
deo nec tenetur iterar̃e quouſqꝫ neſciat illũ nõ ꝑcepiſſe ſeu

intellexiſſe pctā ſua ⁊ hec ꝯa ſunt de pctīs quib⁹. ſ. morta libus. que ſunt de neceſſitate cōfitēda. nō aūt de venialib⁹ ad q̄ q̄s non tenetur de nccītate. ⁊ vbi talia modica raro obaudiunt ab eo qui alias cognoſcit pſonam.

¶ Explicit prima ps q̄ fuit de ptāte ſeu auctoritate cō/feſſoris ¶ Incipit ſecūda ps q̄ erit de ſcīa ipius q̄ erit duplex. pm⁹. §. ſ. ꝙ duplex eſt clauis ordis. ſ. ſcie ⁊ potecie

Dicto. de poteſtate cōfeſſorum. nūc videndū eſt de ipo rū ſcientia. Eſt eſt em̄ duplex clauis ordinis. ſ. clauis ſci entie: ⁊ clauis potētie. Vñ xp̄s petro dixit. Tibi dabo cla ues regni celorū. Math. xvj. Nota tñ ꝙ iſta ſcīa nō dr̄ cla uis. ſed ipa poteſtas diſcernendi atꝗ examinādi. ſiue cog/noſcendi in foro conſciētie. ⁊ ptās determinādi. ſeu diffi/niendi cauſam. ſ. ligandi ⁊ ſoluendi dr̄ clauis potētie Iſta vero duplex poteſtas eſt vna in eēntia. ſ; duplex in effectu Scientia āt acq̄ſita non eſt clauis ſed bene iuuat vt claui ⁊ de hijs clauibus hēs di. xx. p totum

¶ Quarta ſcientia req̄ratur in confeſſione. §. ij

De quantitate ſcientie ꝯfeſſoris. quātam ſ. opor/teat eum hr̄e peritiam. Dicit Augu. de pe. di. vj c. ſ. oportet vt ſpiritualis iudex ſciat ꝯgnoſcere q̄cquid d; iudicare Dicit. Tho. in iiij. diſ. xvij. in expoſitione littere. Hec ſcientia ⁊ ſi non ſit maior. tñ de/bet eſſe tanta. vt ſciat diſcernere inter pctm̄ ⁊ non pecca/tum. ⁊ peccatū mortale ⁊ veniale. ⁊ ſi in aliquo eſſet dubi/tatio ſciat dubitare. vt poſſit ad peritiores recurrere Alb. autem in. iiij. dicit ꝙ non tenetur ſacerdos ſcire diſcernere niſi in conmuni. que ſint capitalia. ⁊ q̄ mortalia cōmunia ⁊ que venialia ex genere. Sed hec neſciēs dic idem. puto ꝙ peccat mortaliter talis audiendo. ⁊ eum inſtituens pl⁹ peccat quam ipe. ⁊ eum permittens inſtitutum miniſtrar̄e ſi ſua intereſt talē, phibē Dic ec ꝙ in pplexꝫ caſib⁹ ſacdos ecclesie. prochialis d; eſſe ita diſcretus. vt talia difficilia eſſe ſciat nec eſſe procedendum in eis ſine ſuperioris con ſilio ł auctoritate. hec alb. in. iiij. guil. durā. in ſ ūma ſua dic ꝙ quotiēs ꝯfeſſor ſe ingēit ad ꝯfeſſiōs audiēdas tociēs ſe offert ad rñdū ō q̄ liʒ ⁊ interō de caſib⁹ inopīatꝫ. ⁊ alias in auditis. ⁊ queſtiōib⁹ ſeu caſib⁹ valde pplexꝫ. Deb; ergo cō feſſor ſciē diſcernē inter peccata ⁊ differentias peccatorū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Unde ſcire debet confeſſoꝛ ſi ea que exꝑimit ſibi peni
tens ſint pctā vel nō. puta an bella ꝑncipū ⁊ ipoꝝ exacti/
ones ſint licita vel ne. ⁊ vtrū ꝯtratract⁹ q̇ fiunt ſint liciti vł
illiciti. ⁊ qn̄ ad reſtitutōeꝫ teneat̄ ⁊ qn̄ nō. ⁊ an ei debeat ꝓ
hibere cōionem. vł ꝯcedere. q2 ſi ꝯfeſſoꝛ iudicat licitū. qḋ eſt
illicitū. tā ꝯfeſſoꝛ q̄ꝫ penitēs in foueā cadūt. n' foꝛte ꝓbabił
ignoꝛātia eū excuſet. puta ſi hꝫ aliquē doctoꝛē autenticū ⁊
famoſum. cui⁹ opinioni imittit̄ Un̄ ſi cōfeſſoꝛ nō eſt exꝑt⁹
in caſibus. ita ꝙ nec nouit dubitaē. nec ꝑ ſe iudicare cū pe
riculo aīe ſue audit ꝯfeſſiones Hec Guil. pe. de pal. in. iiij
di. xix. oñt maioꝛē ſciam requiri in eo q̇ ſe ingeit. q̄ꝫ in eo
qui pōitur ad hoc a ſuꝑioꝛibus ſuis ex obediētie iiunctōe
⁊ de ꝑmo ꝑt intelligi dictū rigoꝛoſū. Guil. Durā. de ſcḋo
dictū Tho. ⁊ Alb. dicit. n. ipē pe. oīs ſacerdos hꝫ clauē ſci
entie ⁊ potētie. i. auctoꝛitatē diſcernēdi. ⁊ potentiā ligādi
⁊ ſoluendi. licꝫ mlti nō hn̄t ſciam debitā ⁊ eꝯuerſo. Multi n̄
ſacerdotes hn̄t ſciam q̇ nō hn̄t auctoꝛitatē diſcernendi. ſe
cūdi q̇dem ſine pctō ſꝫ ꝑmi cū pctō ſuo. ſi h⁰ ꝓcurarēt. ali
as ſi iuiti ponerēt̄ excuſati ſunt. ſi ꝓpoſuerūt ipedimētū
nec ſunt auditi. Mun⁹. i. officiū iudicādi neceſſariū eſt ⁊ ꝑt
ad hoc cōpelli ſ. ad offitiū iudicādi ⁊ ad ꝑlatōeꝫ carēs ſciā
⁊ tūc nō peccat. ſicut in religionib⁹ ꝯſuetū eſt fieri. Et qḋ
dicit. Greg. ꝙ ſi indign⁹ eſt nō dꝫ obedire. ⁊ ſi dign⁹ debet
obedire. intelligēdū eſt de illo q̇ hꝫ defect⁹. q̇ ſunt iuris viꝫ
irregularitatis. ⁊ tunc non debet obedire. niſi ab eo ꝑ diſ/
penſatōnem ꝓmoueat̄. alias tenetur religioſus obedire.
alio q̇n quilibꝫ religioſus bonus qui reputaret ſe indignū
refugeret. ⁊ ſic ſoli indigni ꝓmouerent̄. ⁊ ponerentur. ¶
Qui vero non coactus. ſed ſpōte accipit poteſtatem ſiue
prelationis. ſiue audiendi ꝯfeſſiones non habens ſufficien
tem ſcientiam peccat. Sed ꝙ inuitus ⁊ coactus non acci
pit. ſed ſuſpicit. non peccat. Un̄ ſine peccato ab inſcio ha
beri ⁊ ſuſcepi poteſt. ſed accipi nō poteſt poteſtas iudicā/
di ſine peccato Hec pe. Si tam̄ in eo eſſet tāta ignoꝛantia
ꝙ omnino ineptus eſſet. quia nec etiā ſcit. que Tho. ⁊ alb
dicūt ſuꝑ. credo ꝙ nō excuſaret̄ a peccato. etiā ſi ex obe/
dientia iniūcta ponēt ſe ad id qḋ oīo inept⁹ ē cū ꝑiculo aīa
rum. ¶ An cōfeſſoꝛ teāt̄ ſcire an peccata in confeſſione
audita ſīt moꝛtalia vel venialia. §. 3.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Utrum autem confeſſoꝛ teneatur ſcire de om
nibꝰ q̄ dicūt̄ ſibi in ꝯfeſſione. an ſint moꝛtalia vł
venialia. Henricus in quolibꝫ ſic reſpōdendo
diſtinguit. Peccata ſunt in duplici genē. que
dam ſunt peccata qꝛ ꝓhibita. qꝛ ſi nō eēnt ꝓ/
hibita nō eſſent pctā. vt ſunt oīa q̄ ſunt de iure poſitio. vt
audiē miſſā die dn̄ica. ſemel in āno ꝯfiteri ⁊ cōicaē ⁊ huiꝰ
Et talia tenetur q̄libet ꝯfeſſoꝛ ſcire. niſi hēat cāꝫ rōnabilē
que eū excuſet. vt ſi forte tp̄e ꝓhibitōnis. erat in terra lō/
ginqua vł in carcē. Alia ſunt peccata. nō qꝛ ab hōie ꝓhibi
ta. ſꝫ qꝛ de natura ſui mala ſunt. ēt ſi nō ꝓhibeant̄ ⁊ horū
quedam ſunt capitalia. vt ſupbia luxuria ⁊c̄ Hec. n. ſunt q̄i
elementa ⁊ p̄ncipia q̄ de neceſſitate q̄ꝫlibet ꝯfeſſorē ſcire
optet Quedā v̄o ſunt peccata q̄ ſunt ſpēs pctōrū capi/
talium. vt illa q̄ recipiūt horū p̄dicatōeꝫ. vt fornicatō ⁊ eb
etas ⁊ huiꝰ. Fornicatō v̄o luxuria q̄dā eſt. ⁊ ebrietas. que/
dam gula ⁊ eorū pctōrum ſpēs. q̄dam ſunt q̄ importāt ma
lum de ſb̄a ſui actꝰ eo ꝙ ſtati nōiata hēant ānexū malū vt
fornicatio. ⁊ de talibꝰ ēt ꝯfeſſoꝛ ſcire tenet̄. vtrū ſint moꝛ/
talīa ł nō. vt venialia Quedā v̄o de ſb̄a ſui actꝰ nō hn̄t de
formitatē ſꝫ ex libidine faciēte ſicut ꝯgnoſcē vxorē ꝓp̄am
nō ē pctm̄ de ſe. tn̄ poſſꝫ q̀s vxorē cū tāta libidīe ꝯgnoſcē
ꝙ eēt pctm̄ moꝛtłe vt ſi eā cognoſcēt etiā ſi nō eēt vxoꝛ eiꝰ
⁊ de talibꝰ nō oꝫ ꝙ ꝯfeſſoꝛ ſciat vtruꝫ ſint moꝛtalia ł venia
lio. qꝛ nec ꝯfitētem freq̄ꝫter ſcire oꝫ Alia ſunt pctā q̄ ſunt
filie peccatorū capitaliū. vt illa pctā quorū fines termīan
tur ⁊ ordinātur ad fines capitaliū. ſic̄ dolꝰ ⁊ acq̄ſitō rei in
iuſte. ⁊ de talibꝰ pctis frequēter opiniōes ſunt ꝯ̄rie inter
doctoēs. ⁊ de talibꝰ nō tenet̄ ſimplex curatꝰ nō oꝛdīarius
ſcire vtruꝫ ſint moꝛtalia vł nō Curatꝰ aūt oꝛdīariꝰ. vt ep̄us
⁊ archiep̄s ⁊ ceteri aliȷ̄ ſupiores p̄lati tenēt̄ ſcire. qꝛ ip̄i ſūt
purgatores ⁊ tenēt̄ alios purgaē ꝑficē ⁊ illumīare purga
ri facē et illumīare. ⁊ iō tenētur ſcire nouū ⁊ vetꝰ teſtamē
tum hec ille. Caueat aūt ꝯfeſſoꝛ ne ſit p̄ceps ad dādū ſen,
tentiā de moꝛtali qn̄ nō eſt certus ⁊ clarꝰ ⁊ vbi in aliq̄ ma/
teria varie opiōes ſunt q̄ꝫ pluriū ⁊ ſolēniū doctorū. vtrū
ſit licitū vel illititū. ſicut de nō ſoluendo decimas. vbi non
eſt conſuetudo. parati tn̄ ſunt ad dandū ſi eccłia peteret
quod quidam dicunt. eos eſſe in ſtatu damnationis. vt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Inno Alij x̄o dicūt q̄ nō. vt tho. Io'an. Archidi. ꝛ de emp tione iuriū montis florētie l'. impreſtitis venetorū q̄ qui dam dicunt eſſe vſurā. alij licitū dicūt ꝛ multi hiꝰ. Conſu lat tñ ſemꝑ q̄ tutiꝰ eſt a talibꝰ abſtinere. ex̄ de ſpon. c. iuue nis. non tñ condēnet ꝯtrariū faciētes. ſeu cōtrariā opionē tenentes. nec ꝑpter hoc deneget abſolutōez. Sꝫ vt dicit Guil. dicat cōfeſſor q̄ illud faciēdo nō eſt tutū ſꝫ dubiū. ꝛ ideo bñ ſibi ꝓuideat. Si āt oīo ꝯſcīa cōfeſſoris dictaret illud eſſe mortale. ꝛ non poſſet cōſcientiā deponē qd̄ tñ dꝫ ad cōſiliū ſapiētū recurrat ꝛ nullo mō dꝫ facere ꝯ̄ ꝯſciam quia peccaret mortaliter. xxviij. q. i. c. dinceps. §. ex his iū cta gl'. Sꝫ cū illud tale eēt ꝯtra opinionē doctorū. ꝛ ſic con muniter ſeruat̄ a ſapiētioribꝰ. q̄zuis aliq̄z doctorē audiēt contrariū tenē nō dꝫ illi leui adherere Quō x̄o q̄s debe at deponē in hᵒ ꝯſciam erroneā l' ſcrupuloſam hēs ſup̄. in ꝑma ꝑte ti. ij. c. de ꝯſcientia

¶ Q̄ iteranda eſt confeſſio in ſex caſibus. §. iiij.

Scire etiam tenetur ꝯfeſſor q̄ ſunt illi caſus in quibus tenet̄ q̄s iterarē ꝯfeſſiōez. ꝛ ſunt q̄tuor ſm pe. de pal. duo vero ſunt ex ꝑte ꝯfitētis Primus ſm pe. Tho. R ay. hoſti. ꝛ oēs alios ſ. qñ aduertēter tacꝫ aliqd̄ qd̄ eſt mortale. l' credit vl' ꝓba biliter dubitat eſſe mortale ex verecūdia l' alia cā iniuſta tūc etiā mortalit̄ peccat ꝯmittēdo fictionē in ſacramēto ꝛ notabilē irreuerentiā. ꝛ iterare tenet̄ talē ꝯfeſſionē. Si tñ talis ꝯfitētur eidem cui ꝛ ꝑus. ꝛ ille hꝫ in mēoria pctā eius. ſufficit dicē illud occultatū ꝛ illam fictōez ſm Guil. Duran. imo eſſet ſi nō hr̄et in mēoria vt ptꝫ in fi. ʒ. caſus Sed ſi dimittēt ex aliq̄ iuſta cā. puta q2 ꝓbabil'r dubitat eum ſollicitātez ad malū. de q̄ ꝯfitetur l' reuelatorē ꝯfeſſi onis. l' dicēdo id cū ſit cōfeſſor manifeſtarꝫ pctm̄ qd̄ audi uit. puta ſi iiuſte abſoluit eū nō debeat ꝛ in hūꝫ caſibꝰ non habendo copiā. niſi talis confeſſoris cui confitendo aliq̄d predictorum ſequeretur. tunc ſatis videtur q̄ ſit excuſatꝰ Dicit etiam predictus Duran. q̄ ſi ex ignorantia craſſa ꝛ ſupina aliquid retinuit mortale. quia noluit cogitare de ſuis peccatis. tenetur totum iterare. ſecus ſi ex ignorātia ꝓbabili. q2 tūc ſolū illud quod dimiſit ¶ Secūdus eſt ſm Tho. ꝛ pe. qñ nō impleuit pñiam ſeu ſatiſfactōez iiūctā pro mortalibus ex contemptu vel ex negligētia ꝛ eſt hāt

tus eius. ſi em̄ ei⁹ recordaret̄ adhuc poſſꝫ ꝑficē. ⁊ tūc ꝑfici
endo reiterare nō tenetur. ⁊ ꝑcipue qn̄ nō eſt ſibi ꝑfix⁹ ter/
minus. q̄ꝫ nō poſſit tranſgredi. q̄ꝫuis ſibi ſit declaratū in
quo ip̄az debeat facē ł in alio tp̄e ipſam ſuppleē eoip̄o āt
ꝙ facit ſibi ꝓpoſitū non implēdi pn̄iam ſibi ĩiūctam pro
mortalibus ex negligētia ł cōtēptu peccat mortaliter. qꝛ
tenetur ad illā ſub ꝑcepto. ¶ Secus ṽo eſt de pn̄ia ĩiūcta
pro venialib⁹. ad quā nō tenet̄ de nc̄c̄itate ſm̄ Tho. Idē
ſi penitētiā ĩiūctam ꝓ mortalib⁹ dimittē ex ĩpoſſibilitate
puta infirmitate ⁊ hꝰ. poſſet tn̄ pn̄ia ĩiuncta ab vno cōfeſ
ſore mutari ab alio cui ꝯfitētur. ēt ſine audiētia pctōꝝ il/
lorum ꝓ q̄bus erat impoſita ſm̄ pe de. de pal. de hoc infra
vid̄ Tertius caſus ſm̄ pe. tho. Ray. ⁊ Hoſti. eſt ex ꝑte cō
feſſoris. qn̄ videlꝫ notabiliter eſt ignorās ſacerdos. ita ꝙ
neſcit diſcernere inter mortale ⁊ veniale de cōibus pctīs ⁊
ꝑcipue cū penitēs hꝫ caſus intricatos ⁊ difficiles. Cōcor.
Durā. ⁊ addit ⁊ hoc niſi penitēs ſit ꝑitus ⁊ inſtruat ꝯfeſſo
rem. Cū āt vadit ad eū q̄ꝫ ſcit ideotā et ignorantē tenet̄
iterare. Hec durā. Nō vr̄ intelligendū qn̄ ꝑt hr̄e aliū ſuffi
cientē. nā ſi in aliū hr̄e nō pōt. ⁊ multomagꝭ qn̄ eſt in ꝑicu
lo mortis. ꝑt ⁊ dꝫ ꝯfiteri ei q̄ꝫ hꝫ Vn̄ Augu. dic̄ do pe. di.
vj. q̄ vult ꝯfiteri vt ĩueniat grām ſacerdotē querat ſcientē
ſoluē ⁊ ligare. Quart⁹ ca⁹ eſt ex ꝑte cōfeſſoris. Eſt āt im/
potentia abſoluēdi ſꝫ pe. Tho. Ray. ⁊ Hoſti. qd̄ pt eſſe du
pliciter ſm̄ pe de pal. ⁊ Duran. ł qꝛ hꝫ ꝑtātem artatā ab/
ſoluendi. qꝛ. ſ. ab aliquib⁹ pctīs nō ꝑt abſoluē ſuꝑiore reſer
uante ſibi illos. ⁊ tn̄ ab ill' de facto abſoluit. Et confeſſus
illi cū ei ꝯſtat. tenet̄ iterū ꝯfiteri. nō quidē oīa ſm̄ pe. de
pal. ſꝫ illa tm̄ de q̄bus nō potuit abſoluē. aut hoc eſt quia
nullam habuit poteſtatem. ⁊ hoc quia non erat ſacerdos
quāuis reputaretur vel quia nō ſubditus. vł quia intruſus
aut quia excomunicat⁹ vel ſuſpenſus ab officio hꝰ ⁊ abſo/
lutus a tali cū illi hoc ꝯſtat. tenetur iterum confiteri. quia
realiter. non eſt abſolutus. quāuis ignorantiam facti excu
ſet eū in ꝯſpectu d̄i ac ſi eſſet abſolut⁹. dū neſcit ſꝫ tho. ĩ q̄
liꝫ. ſꝫ pe. de pal. in iiij. di. xvij. q. vj. ſic diſtiguit ⁊ notabiliter
quia vt impedimentū qd̄ habet abſoluēs ē iuris diuini ł
humani. Si iuris diuini valet qꝛ nō fuit baptiſat⁹ tal' ł nō
ordinat⁹. ⁊ in hoc caſu abſolutus a tali tenet̄ iterū cōfiteri

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hic ſcito. nec papa poſſet d̄ contrario diſpenſare. Si vero impedimētū eſt iuris hūani. puta qꝛ ſuſpēſus eſt l' excōicatus ꝛ hui⁹. tūc impedimētū aut eſt notoriū. aut occultū. Si notoriū. puta qꝛ māifeſte l' publice verbauit clericū. p̱ qd̄ eſt excōicat⁹ notorie. aut māifeſte intruſ⁹. ſ. p̱ ꝯceſſionē ſecularium pōitus in eccl'ia curata. ꝛ nō p̱ cāonicā cōceſſionē p̱ qd̄ titulū nō hꝫ nec ptātem ſup̱ prochianos illi⁹ eccleſie ꝛ talis ꝯfeſſus iſti tētur iterū cōfiteri hoc ſcito. Si v̄o impedimētū eſt occultū tūc āt ꝯfitens ſcit illd̄ impedimētum aut neſcit. Si ſit cōfitēdo illi tenet̄ iterū ꝯfiteri. ꝛ peccat mortalit̄ cōicādo illi in diuinis. Sꝫ ſi neſcit īpedimētū qd̄ etiam aliis occultū eſt ꝛ hoc ignorātia facti. puta p̱cuſſeat clericū nullo vidente. tūc n̄ tenetur iterare. Argumētū ad hoc de ſentētia ḱui. q̇ liber putabat̄ publice q̄ rata eſt. Sꝫ ſi hoc neſciēt ignorātia iur̄. puta qꝛ ſcit illū p̱cuſſū ſe clericum. ſꝫ credit nichiloin⁹ ip̄m poſſe audiē ꝯfeſſiōes n̄ excuſatur ꝓpt̄ hoc q̇n teneat̄ iteraē ꝯfeſſionē ſcd̄m pe. de pal̄.

¶ Quint⁹ ca⁹ in q̇ q̇s tenet̄ iterare ꝯfeſſiōeꝫ ḱm pe. de pa. vbi ſup̱. eſt īpedimētū ex p̱te ꝯfitent̄ ſcitū l' oblitū. l' ignoratum ꝓbabiliter. puta qꝛ erat excōicat⁹ maiori l' miori excōicatōne. lꝫ neſciret. ꝛ cū poſtea ſciuit. tētur iterū cōfiteri abſolut⁹. qꝛ ligat⁹ excōicatōe abſolui nō potuit a pctīs ꝛ ꝓbabil' igorantia p̄ſeruat a culpa ꝛ a pena irregl'itatis ſed nō facit eū nō eſſe excōicatū. p̱ qd̄ ſi tūc eligētur. vl' ſibi beneficiū ꝯferet̄ ignorātia nō faceret. qꝛ ſibi aliqd̄ ius acq̄retur. c. apl'ice. ex̄ de cle. ex. mi. Eſt aūt min⁹ capax ſacramētorum a quorū p̱ticipatōe directe excludit̄ q̄ꝫ quorūcūqꝫ aliorū. ꝛ iō abſolutō nulla. Et dic̄ idē pe. qꝛ in hoc caſu eſſe in aliis in q̇bus q̇s tenet̄ iteraē ꝯfeſſionē ſi cōfitētur eidē non opteret iteraē pctā explicite ſꝫ ſolum implicite. dicēdo peccaui in aliis q̄ al's vob dixi. ſicut ſi nulla fuiſſꝫ abſolutio defacto Dilata. n. abſolutō p̱ multos dies fieri pōt etiam ſi ip̄e oblitus fuerit. dū tn̄ pn̄ia ei p̄us innocuerit. quia ſi nō taxaſſet pn̄iam. tūc oportet ad memoriā reducē vt moderet̄ iſte. propter quod remittens ad epiſcopum ſi non abſoluat. debet penitentiam innoteſcere. quā poſt reditum abſoluens iniungit dicēs. facias quod tibi dixi quia ligari non debuit anteq̄ꝫ abſolueret. ita ꝛ in propoſito ¶ Hec pe. Guil. etiam dicit qꝛ penitentia non req̄rit.

tantam continuitatem agendorum ꝛ dicendorū ſicut alia ſacramenta ¶ Sed in vna die poteſt fieri ꝑs cōfeſſionis ꝛ in alia die altera. vel in vna die confeſſio audiri. ꝛ in alia impendi abſolutio ꝛ iniūgi penitentia peccatorū. Sextus caſus eſt qn̄ q̇s facit ꝯfeſſionē in mortali ſine ꝓpoſito· ab/ ſtinendi. ſed quia iſte caſus habet varias opiniōes ꝛ ſatis difficiles. ſic declarabitur in ſequentis. § ¶ An valeat cō/ feſſio ab incontrito facta. vt eam iterare nō opteat. §. v.

Una ex cōditionibꝰ confeſſionis eſt ꝙ ſit lachrimabilis. i. cū dolore ſeu diſplicentia de pecccatꝭ ſaltē ſecūdum rationē. Un̄ querūt doctores. vtrū con/ feſſio facta a non contrito. quia ſ. nō dolet ſufficienter. vel non ꝓponit ſe abſtinere a peccatis. valeat ita ꝙ non teneatur eam iterare Et reſpondet. pe. de pal. in. iiij. xvij· ꝙ ad arg. hoc eſt triplex modus dicendi ¶ Primꝰ eſt ꝙ non valꝫ ad remiſſionē culpe nec pene nec tūc nec recedente fictione, vnde ꝛ tūc teneť iterare. ꝛ hᶜ opinio. Hoſ. in quolibet. Ray. ꝛ hoſti. in ſūma. Bonauen. in iiij. Duran Rob. Ulchot. Uincen. in ſpeculo hiſtori. ¶ Secundꝰ mo/ dus dicendi eſt ꝙ talis ꝯfeſſio valeat ad remiſſionē culpe. quando impenitens cōfitetur ꝛ abſoluiť. licet tūc non re/ cipiat fructū ꝯfeſſionis. tamē recedente fictione recipiet. ſicut dř de baptiſmo. ꝛ ratio huiꝰ forte eſt. qꝛ ſic in baptiſ/ mo imprimitur caracter ad q̄ꝫ recedeute fictione. ſeq̇tur gratia. ita impenitentia imp̄mitur quidā ornatus ad quē recedente fictione ſequiť gratia. Et eſt opinio pe. A ho. Ricar. in. iiij. Jo. ꝛ Ber. in gl. videtur etiā eſſe de pe. di. i. c. menſurā . §. ſe. Dicit enim ꝙ non eſt neceſſe ꝙ peccata q̄ ſemel ſacerdoti confeſſi ſumꝰ eadem denuo ꝯfiteamur ¶ Et eſt tertius modꝰ dicēdi concordās ambas. Aut em̄ talꝭ non habet intentionē ꝯfitendi ſacramētaliter ꝛ abſoluendi. ſed deridendi. aut hꝫ intentionē confitendi. In p̄mo ca/ ſu non liberatur a p̄cepto diuino de confeſſione. quia ſine intentōe non p̄t ſuſcipi eſſentia ſacramenti qđ conſiſtit in viſu. vn̄ tenetur iterū ꝯfiteri. ¶ Si aūt intendit tūc diſtinguendū eſt qꝛ intendens implere p̄ceptū ꝛ ſuſcipe verum ſacramētū qđ eccľia confert. aut nullam hꝫ pn̄iam de ſuo peccato. aut aliq̄ꝫ. ſi nullā tūc p̄nie ſacramētū nō ſuſcipit. quia ptās huiꝰ ſacramēti eēntialis q̄ conſiſtit in actu



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſuſpicientis eſt actus interior. vnde ſine eo nō eſt. ſic non eſſet mrimoniū. ſi qs intēderet verū ſacramētū ſuſcipe. non tñ ꝯſentire niſi in carnalē copulā ⁊ ad tps. Sȝ ſi aliquā hȝ pñiam de peccatꝭ ſuis. tūc iterū diſtinguēdū eſt. qꝛ aut ta/lē hȝ pñiam ꝙ ſufficit cū ſacro. puta attritꝰ accedit ad ꝯfeſſionē ex quo fit ibi ꝯtritꝰ vi clauiū vñ fugaṫ fictio. ⁊ ſic nō hȝ dubiū qꝛ ⁊ ſacrm̄ ſuſcepit ⁊ effectū eiꝰ. ſ. remiſſiōm pcō rū vñ nō teneṫ iterare. ⁊ ſilr immo fortiꝰ. ſi accedit ꝯtritꝰ Si xͦo hȝ talē pñiam. ꝙ non ſufficiat cū ſacro ad grām. qꝛ nec etiā attritꝰ accedit tūc eſt xͣa opinio Tho. ſ. ꝙ recedē/te fictōe tūc incipit valē ꝯfeſſio. ⁊ nō teneṫ ꝯfiteri niſi fic/tionē ſuā. puta ſi hūit quēdā dolorē impfcm̄ ſȝ nō ſufficiē ter diſcuſſiſſȝ ꝯſciām ſuā. putabat āt diſcuſſiſſe q̄ntū ſuffi/ciebat. l ſi dolebat de pctō p̄terito nō ꝓponēs cauē in fu/turo. aut ecōuerſo. l dolor nō erat maximꝰ ſic debebat ipē tñ ſm ꝯſciām ſuā nō erat fictꝰ lȝ ſm veritatē eſſȝ ⁊ ſic nihil celauit. qō crederet mortale. ⁊ p pñs ſm ſuū iudiciū ꝯcur/rebāt om̄ia q̄ erāt nccaria. poſtea āt certificatus de errore ſue ꝯſcie penitet de illo defectu Pōt igiṫ opinio T home multꝭ modꝭ ſaluari Uno mō loq̄ndo de eo q̄ fictꝰ eſt p̄uati ue uō poſitiue. qꝛ ſ. hȝ dolorē ſȝ ita impfcm̄. ꝙ nec cū ſacro actu ſuſcepto ſufficit ad ꝯtritōem. nihilominꝰ tñ hāc imp/fectōm q̄ eſt fictio nō ꝯfiteṫ. qꝛ credit eſſe ſufficiēter diſpoſitꝰ. ⁊ ſic nō ſciēter celat pctm̄ qō fuit in hoc qꝛ. ſ. non examinauit ꝯſciām ſuā ſic debuit. ⁊ ſic ꝙ erat error iurꝭ diuini nō tollit fictōm reſpectu vltimi effectꝰ ſacramēti. qꝛ im̄ꝓbabiṫ vñ nō excuſat. ſȝ tñ eoipo quo error tollit fictōȝ q̄ exclu dit eſſentiā ſacramēti. vñ verū ſacrm̄ fuit. tali ergo q̄ verū ſacrm̄ ſuſcipit. ornatꝰ imprimiṫ ſȝ grā nō daṫ. ſȝ poteſt ea qñ redit ad cor ⁊ recolit ſe nō bñ feciſſe debitū ſuū ex ne/gligentia ſua oblitū. tūc incipit valē ꝯfeſſio. ⁊ nō tenetur ꝯfiteri illa q̄ prius cōfeſſus fuit ſicut fictꝰ. qꝛ non fuit dimidiata ex intentōe. ſȝ ſolū illā fictōnem tēt̄ur iterū ꝯfiteri Si āt fuiſſet fictio poſitīe. qꝛ. ſ. non dolet. ⁊ ſcienṫ celat. fuiſſet ꝯfeſſio nulla. l ſi ꝯfeſſus fuiſſȝ. nō debuiſſȝ ſibi dari abſolutio. ſed ſi data eſt ei fuit. dubiū eſt vtrū. ornatꝰ ſit imp/ſſus. quo caſu T ho nō p̄t intelligi. Scōo mō pōt intelligi opi. Tho. qñ eſt poſitiua fictio q̄ȝtū ad hoc qō nō dolet. nec ꝓponit abſtinere. tūc iſta fictio. nō occurrit ſibi. vt cō/

fitenda nec actu cogitauit q̄ teneat eam confiteri. tunc. n
ſic ŏ pctō qđ occurrit q̄dē. ſʒ nō credit q̄ ſit pctm̄. aut q̄ ſit
mortale ⁊ de nccitate ꝯfitēdū pinde eſt ac ſi fuiſſʒ oblit⁹ p
negligētiā. nec feciſſʒ debitū ſuū ŏ ſcrutādo ꝯſciām ſuā. in
q̄ caſu ſolū illud ꝯfitēdū eſt. ⁊ eſt v̄m ſacr̄m. lʒ ſit h ignorā
tia iuris diuini. ⁊ h⁹mō p̄t ſuſtinēi dc̄m Tho. xxij. di. ar. i. in
ſolutōe vltimi ar. vbi dic̄ q̄ ignorātia iuris diuini n̄ excuſat
a fictōe et' talē vocat fictū Ter°° p̄t ſuſtinēi opīo Tho. lo
q̄ʒdo de illo q̄ ꝯfitet eidē cui pus ⁊ tūc n̄ oportʒ iterae ꝯfe
ſſiōʒ pmā factā ei. lʒ fictā eē ſi ip̄e ſacdos nō recolēt pctā
prius ſibi dcā. q: nec qn̄ confeſſio integra eſt. oportʒ q̄ re/
colat actu a pnci° vſqʒ ad finem. ⁊ maxime q: hoc ſufficit
ſ abſoluere ab oīb⁹. ⁊ iniūgē pn̄iam p fictione. ⁊ p alijs. q̄
tūc faciat pn̄iam ſibi iniūctā. Item paulo poſt dicit idem
ip̄e pe. de pal. q̄ cū ꝯfitens exp̄mit fictōeʒ ſuā. puta dic̄ ſe
nō poſſe. l' nō velle pponere abſtinē in futurū q̄ʒ abſoluit
ſacerdos. q̄ʒuis nullo mō debeat abſoluē. al's peccaret ab-
utens claui nec valeret ſibi tūc illa abſolutō. tn̄ ex q̄ inten
dit abſoluere. ⁊ ſacramētū verū ꝯferre videt̄ q̄ ꝯferat. ⁊ ſi
tūc nō hʒ effectū ppter illi⁹ indiſpoſitōeʒ hēbit tn̄ poſtea
qn̄ cōteret̄ l' ex expectatōe vl' diſpōitione ornatu manēte
Et ſi dicat̄ q̄ q̄ʒuis ſit ibi forma nō tn̄ materia. ergo n̄ ſt̄e
ſacramentū. materia eīn eſt pctōr ꝯtrit⁹ Dicēdū q̄ qn̄ ſibi
ſua fictio nō occurrit vt ꝯfitenda. tūc nō eſt ꝯfeſſio dimidi
ata. ⁊ qn̄ ſuā dicit fictōeʒ cū alijs pctis eſt ꝯfeſſio integra
Et ſic materia pfecta. cui mat̄ie p̄t inp̄mi forma qđ ſi fiat
verū ſacramētū erit. q̄ʒuis fieri nō debeat. ſicut ſacerdos
hn̄s hoſtiā ſup altaē pollutū nō deret q̄dē celebrare. ſi tn̄
celebrādo v̄ba pferrʒ eucariſtie v̄a eēt Pctōr. n. ē mat̄ia
ſʒ immōa. n' ſit ſaltē attrit⁹. l' ꝯfeſſio ſine attritōe eſt mate
ria immōa. h'' Pe. de pal'. ¶ De attritōe ⁊ ꝯtritōe

Et q: dc̄m eſt de ꝯtritōe ⁊ attritōe quō pēitens ſup
ip̄is debeat inſtrui a ꝯfeſſore Iōo de ea clari⁹ dicen
dū eſt Nota ergo ſ̄m. tho. in. iiij. di. xvij. q̄ dr̄a eſt in
ter attritōeʒ ⁊ ꝯtricōʒ. nā attritō īptat q̄ʒdā diſplicētiā de
pctis. ſʒ īpfcāʒ. vn̄ atē tū. i. aliq°tritū. ſʒ ꝯtritō īptat pfcām
diſplicētiā de pctis. vn̄ ꝯtritū. i. ſil' totū tritū ⁊ in puluerem
redactū Eſt āt ꝯtritio ſ̄m pe. in. iiij. di. xvij. dolor volūtarie
aſſūpt⁹ p pctis cū ppōito ꝯfitēdi ⁊ ſatiſfatiēdi volūtarie



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

⁊ ſecūdum eūdem ea di.oportet ꝙ contritio habeatur de omni peccato mortali.⁊ rō eſt q: in omni pctō mortali eſt actualis auerſio voluntatis a deo. Et q: ꝯria cōtrarijs curantur.ideo oportet ꝙ in omni remiſſione pctōꝝ ſit actualis conuerſio ad deū ⁊ auerſio a pctō. ⁊ hoc dicit ꝯtritio De peccatis autē oblitis ſufficit cōtritio generał cū conatu ad recordandū ⁊ dolendū. dolere etiā dꝫ de obliuione peccatorū q̄ ꝯtingit ex negligentia.ſi aūt querat̄ ſi ſpālis contritio de quolibet pctō requirat̄.vel ſuffitiat vna generalis ꝓ oībus.ſic reſpondet Tho.in iiij.di.xvij.ꝙ quātum ad pncipiū cōtritōis.ſ.cū quis de peccatꝭ ſuis cogitās dolet.⁊ ſi non dolē contritōis ſaltē dolere attritōnis.oportet ꝙ ſit ſpālis dolor de peccatis q̄ q̄s habet in memoria. ſed quantū ad terminū q̄ eſt dolor iam gr̄a informatꝰ.ſufficit ꝙ ſit vna cōis cōtritio de oībus.tunc em̄ motꝰ ille agit virtute oīm̄ diſpoſitōnū p̄cedentiū. ⁊ quia nemo ſcit vtrū habeat gratiā q̄ reqritur ad contritōnem iō nemo pōt eſſe certus de ſua contritōe.nec ꝑ ꝯn̄s de remiſſione. Et dicit Richar. in iiij.di.xvij.ꝙ ſi ꝯfitens in peccato mortali attritus de ſuo pctō vt ꝓbabiliter poſſit p̄ſumē ſe eſſe diſpoſitum non peccat abſolutōnē recipiendo.immo frequenter virtute clauiū ꝑ ſuſpitōnem abſolutōnis format̄ ſua attritio.⁊ fit contritio.¶ Item nota ꝙ duplex eſt cōtritōis dolor ſm Tho.⁊ pe.in iiij.di.xvij.ſ.intellectualis. q̄ eſt q̄dam ꝑfecta deteſtatio peccati ſm rationē. ⁊ dolor ſenſibił.qui eſt dolor excitatus in ꝑte ſenſitiua cū alteratōe ⁊ afflictione corporis¶ Primꝰ dolor requirit̄ de neceſſitate ad remiſſionem peccati.⁊ ille eē ſolus eſt ſufficiēs.q: ſic pctm̄ mortale ſufficient̄ cōmittitur ꝑ ſolū actū voluntatꝭ ⁊ ꝑ cōplacentiam deliberatā rōnis. ita ſufficienter deſtrui pt ꝑ deteſtatōnem volūtatis ⁊ diſplicentiā rōis.⁊ hec eſt etiā in poteſtate nr̄a p̄ſuppoſita gr̄a. Secūdus dolor.i.ſenſibilis eē vꝫ ad remiſſionē peccati.ſꝫ non eſt neceſſarius.ſꝫ de ꝑfectione cōtritionis.nec eſt in ptāte noſtra eē p̄ſuppoſita gratia. Item dolor intellectuał nō p̄t eſſe nimiꝰ ſic nec charitas a qua ꝓcedit p̄t eſſe nimia. ſꝫ ſenſibilis p̄t eſſe nimiꝰ ⁊ ideo optet ꝙ ſumatur ꝓ menſura debita ad cōſeruatōeꝫ ſubiecti.ſicut ex ieiunijs ⁊ alijs corporis afflictōibus· Itē nota ſm Tho.in.iiij.di.xvij.ꝙ vera contritio ſꝑ dꝫ remanere

in habitu.i.ꝙ ſemper dꝫ habere iſtam diſpoſitōem.ꝙ q̄n/
do recordatur de pctīs ꝯmiſſis hꝫ diſplicentiā.ſaltē ſm rō
nem Itē ſm pe.in iiij.di.xvij.dolor maior intellectualis dꝫ
eſſe de maiori pctō habitualiꝰ nō actualiter.ſi ꝯſiderētur
pctā in cōi inq̄ꝫtū ſunt offenſa dei. ſꝫ etiā in ſpāli dolor dꝫ
eſſe maior de maiori pctō.qꝛ maiorē rōnem doloris habet
maius pctm̄ Dolor ſc̄o ſenſibilꝰ ꝓueniens ec̄ eſt vt ſi maior
de maiori q̄ꝫuis nō ſit de neccitate Itē ſm Tho.in q̄libet
ꝛ Inno.Contritꝰ dꝫ magꝭ diligē deū q̄ꝫ ſeipm̄. culpa āt eſt
ꝯ deū.pena ſc̄o eſt ꝯtra ſeipm̄. Jō dꝫ ꝯtritus eligē potiꝰom
nem penā ſuſtinē q̄ꝫ deū offendē.Deſcēdere āt ad hāc pe
nam vlꝰ ad aliā non teneꝰ. immo facēt fatue dn̄dendo ad
iſta pticularia.lꝰ aliū ſup hoc ſolicitādo

¶ Sexdecim ꝯditiones q̄ reqrūꝰ in omni bona cōfeſſione

P Onit autē Tho.in .iiij.di.xvij.ꝙ cōfeſſio bona dꝫ
hr̄e ſexdecim cōditōes q̄ his verſibꝰ continenꝰ.¶ v.
Sit ſimplex humilis confeſſio.pura .fidelis. Atqꝫ
freq̄ns.nuda.diſcreta.libens.Verecunda.Integra.ſecreta.la
chrimabilis.accelerata.Fortis ꝛ accuſās ꝛ ſit parē pata ¶
Sit ſimplex.i.nō recitet in cōfeſſiōe niſi id qd̄ ptinꝫ ad de/
claratōnem ſui pctī.ꝛ etiā q̄ꝫtititatē ꝛ nō alie hiſtorie miſ
ceantur. ¶ Sit hūilis.vt ſe miſerū ac pctōrem cognoſcat
ſine fictione.¶ Pura.i.recta intentōe.i.vt nō reputetur
bonus vel laudetur ab homībꝰ¶ Fidelis.i. vera ꝛ ſine vlla
falſitate vt nō dicat que nō fecit. vel etiā habeat fidem
de remiſſione pctōꝝ ſuoꝝ ſi vere ipm̄ penitet ¶ Atqꝫ fre
quens.i.ſepe cōfiteatur.iſtud tn̄ eſt de bn̄ eſſe cōfeſſionis.
ꝛ non de neceſſitate.¶ Nuda.vt.ſ.nō inuoluatꝰ obſcurita
tem verboꝝ.ſꝫ dicat verba vt intelligaꝰ pctm̄ ſuū cū circū/
ſtantijs ſaltē neceſſarijs.¶ Diſcreta.vt maiora cū minori
pondere dicat.vel nō plura ſilꝰ.ſꝫ diſtincte loq̄ndo ꝛ dicēdo
nūerum ſi fieri vlꝰ ſcire pt̄.lꝰ ec̄ vt diſcreto ꝛ ſufficienti ac
perito cōfeſſori confiteaꝰ pctā ſua.¶ Libēs.volūtaria nō
coacta timore verboꝝ.vtꝰ pueri.lꝰ timore penarū tpaliū vel
infernaliū p̄ncipaliꝰ.¶ Verecūda.vt erubeſcat ꝛ nō ſe iac
tet.vel mēte glorieꝰ ꝓpterꝰ ſeculi vanitatē aliq̄ꝫ.ꝛ p̄cipue
ibi cōfundaꝰ rōne reſpcū diuine maieſtatꝭ offenſe ¶ Inte
gra.vt nichil retineat de his q̄ ꝯmiſit p̄cipue de mortali/
bus ¶ Secreta.vt nō publice ſꝫ occulte ſacerdoti

dicat pctā ſua q̄ cum poſſit abſoluere ¶ Lachrimabil'. vt doleat de pctis ꝯmiſſis. ⁊ deteſtetur ea ſaltē intellectu ra/tionis ¶ Accelerata. vt q̄ȝ citius p̄t cōmiſſo pctō ꝯfiteat̄ hoc tñ eſt de bene eſſe. ¶ Fortis. vt nihil dimittat p̄ vere/cundia ⁊ acuſās ſe ⁊ non alios. nec in confeſſione ſe excuſ ȝ ⁊ alios inculpet ¶ Et ſi parē pata. i. adimplere pñiam ſibi iniūctam. ⁊ facē ea q̄ hȝ neceſſario facere. vt aliena reſtitu ere ſi habet ⁊ hm̄oi ¶ Explicit ſcđa ps q̄ eſt de ſciā. que re quiritur in confeſſore ¶ Incipit pȝ tercia de bonitate cō/feſſoris. Et p̄o q̄liter cōfeſſor duo dȝ hr̄e. ſ. timorem dei. ⁊ zelum aiarum. §. j.

De bonitate cōfeſſoris in ſe. ⁊ in exercitō tal' offi/cij. Dic̄ Augu. de peni. di. vj. c. q̄ vult cōfiteri Sa cerdos añq̄ȝ ſtatuit̄ oīs languor in nllo illorū ſit iudicandus. q̄ in alio iudicare eſt prompt⁹ Iudi cans em̄ aliū q̄ eſt iudicād⁹. ꝯdemnat ſeip̄m. cognoſcat igi tur ſe. ⁊ purget in ſe. qđ videt alios ſibi offerre ¶ Curet vt a ſe ꝓſciat quicquid in alio dānoſum repit. aīaduertat q̄/dem qđ dr̄ Qui ſine pctō eſt vr̄m ⁊c. iō em̄ liberauit pec/catricē. q⁊ nō erat q̄ ꝓfcerat lapidē. quō lapiparet q̄ ſe lapi dandū cognoſceret Null⁹ em̄ erat ſine peccato. in q̄ intelli gitur om̄es fuiſſe reos. nā venialia pctā ſemp remitteba̅/tur p cerimōias Si qđ ergo pctm̄ in eis erat crimīale erat Deteriores g⁹ in h⁹ ſunt ſacerdotes ſe prius nō edificātes illis q̄ dn̄m obſeruabāt inſidijs. Augu. ſm̄. n. Tho. ⁊ Alb. audiens cōfeſſionē cū ꝯſcia mortalis peccati mortalit̄ pec cat. tamen effectū ſacramenti ꝯfert cū ſacro. ſi non eſt pre ciſus vel ſuſpenſus q̄ȝtūcūq; alias malus. Unde Augu. i. q. j. c. dictū eſt a dn̄o. Numeri ad Aaron. Uos ponite no/men meū ſup filijs yſrabel. ⁊ ego dn̄s benedicā eos. vt gra tiam traditā p miniſteriū ordinati tranſfundāt hōibus. nec voluntas ſacerdotis ꝓdeſſe l' obeſſe p̄t. ſed meritū be nedictōem poſcētis Ꝗ āt dr̄ ea. q. Remiſſionē peccatorū non ꝺant auari ⁊ ſilia intelligit̄ ſm̄ gl'. vl' ſimpliciter de p̄ ciſis. vel ſi intelligat̄ de tolleratis. tales nō dāt ex merito vite. i. non ſunt digni dare.

¶ Duo que debet habere confeſſor.

Debet autem habere confeſſor p̄cipue hr̄e duo. ſ. timo rem vnde fiat circūſpectus. ⁊ zelum aīarum vnde ſit

ſollicitus circa ea que neceſſaria ſunt ¶ Quantū ad p̄mū conſiderare dꝫ ꝙ ip̄e eſt mare eneum in tēplo dn̄i vbi lauabant ſacerdotes ⁊ leuite aīalia offerenda in ſacrificiū· vn̄ ex inmūdicijs a q̇bus illa abluebātur efficiebātur inmūdi Vn̄ greg. in paſtorali dicit ꝙ fit plerūq; vt animꝰ paſtoris audita tentatione ouis. ⁊ ip̄e tentet̄. ⁊ iō cū timore ⁊ trēore dꝫ poni. ⁊ nō ſe ingerē ⁊ cū leuitate ⁊ cū riſibꝰ inſtare. vn̄ in figuram. Moyſes vt dr̄ Exoḋ. xxxviij. fecit labiū eneū de ſpeculis mulierū in q̇ lauarēt̄ ſacerdotes ſctā ſctōrū ingreſſuri. ⁊ ſ̄cat ſcripturā. vbi ſunt exempla ſctāꝝ aīarū ad quā dꝫ ſepe inſpicere ad videndū maculas ſuas ⁊ intelligēdum inſidias diaboli Vn̄ ſubdit greg. vbi ſup̄. hec neq̄q̄ꝫ ſunt timenda paſtori. q2 deo penſāti cūcta ſubtiliter. tāto facilius liberat̄ q̇s a ſua quāto magl tentatōe fatigat̄ aliena. Quātū ꝟo ad zelū dic̄ greg. ꝙ nullū ſacrificiū ita ḋo acceptū eſt. vt zelꝰ aīarū ⁊ fructū huiꝰ oſtēdit Jaco. c. v. vbi poſt ꝓmulgatōnes confeſſionis dicit. Qui cōuerti fecerit pctōrem ab errore vie ſue· ſaluabit aīam eiꝰ a morte. ⁊ caritas opit multitudinē pctōꝝ. Nō āt minꝰ trahūt̄ ad deū p ꝯfeſſionē anime qn̄ diligent̄ fit q̄ꝫ p p̄dicatōnē res moderno tp̄e. vt expientia docet. dꝫ ergo nō tardare q̇ vocatur ad hm̄oi. ¶ Quō ſe hr̄e debeat ꝯfeſſor erga penitētē ⁊ de q̇bus interrogandū eſt in ꝯfeſſione ⁊ ibi verſus decē p̄ceptorū ḋcalogi. ⁊ verſus ſeptē pctōꝝ mortaliū. ⁊ ꝙ in cōfeſſione tria dꝫ obſ̄uare interrogando ꝯfeſſor. §. ij.

Dicit Augu. de pe. di. vj. c i. pꝰ mediū dicēs Diligēs inquiſitor. ſubtilis inueſtigator ſapient̄ ⁊ q̄ſi aſtute int̄roget a pctōre q̇ forſitā ignorat. vl̄ p̄ verecūdia vellꝫ occultare. cognito āt crimīe. varietates eiꝰ nō inueſtigare dubitet ⁊ locū ⁊ tp̄s ⁊c̄. q̇bus ꝯgnitis adſit beniuolꝰ patꝰ erigē ⁊ ſecū onꝰ portare habeat dulcedinē in affectōe. pietatē in alteriꝰ crimine diſcretōnem in varietate. adiuuꝫ ꝯſitētem orādo ⁊ alia ꝓ eo bōa fatiēº. ſp̄ iuuet leniendo cōſulaodo ſpem promittendo. ⁊ cum opus fuerit etiam increpando doleat loquendo. inſtruat operando. ſit ꝑticeps laboris. ſi vult eſſe ꝑceps gaudij. doceat perſeuerantiā. Hec Aug. Ex verbis Aug. ptꝫ ꝙ non ſufficit audiē cōfeſſionem eorū que ſibi dicūt̄ a peccatore ⁊ ip̄m nō interrogare. niſi eſſet

pſona in his bñ pita ⁊ ſcientiata. q̄ ſufficient ſcit dicē que optet Sȝ cū pſone cōiter ſint groſſe in iſtis. ec̄ ille q̄ ſunt in aliȷs negotijs mūdi l' ſcientijs acuti Iō ꝓmittendū eſt di/cē vnicuiqȝ id qd̄ vult ⁊ eo ordīe quo vult. ⁊ de pctis q̄ p ſe ſufficiēter dic̄ nō eſt iterū intergād'ne moleſtes eū in quo non optet Sȝ ſi aliqd̄ nō bñ intellexiſſet pcipue de mortalibus. ſaciat ſibi iterū declarat vt meli' intelligat. De his ꝯo que nō plene dixit. puta qꝛ nō dixit circūſtātias neceſſarias. l' nūerū interroga eū de his. vt plene dicat q̄ʒtū eſt neceſſariū De ill' ꝯo pctis. q̄ nō dixit. nec ſcit p ſe dicē interroga eū ¶ Quo ordīe fieri dēant intrrogatōes de q̄b'

Ed Ray. ⁊ hoſti. in ſumma dicūt q̄ interrogatōes fieri dn̄t de ſeptē vitȷs capitalib' ⁊ eorū ſpēb' filiabus de q̄bus hēs ſup̄. diffuſe in. ij. pte p totū. nō eſt interrogandū de oībus. ſȝ pl' ⁊ min' ſm ꝯditōnē pſonarū Sicut autem q̄ cōfitetur nō hȝ neceſſe tenere magis vnū ordinē quā aliū dicendo pctā ſua. ita nec cōfeſſor interro/gando tamen ad meli' memorie cōmendandū. de quibus debet interrogare. ⁊ de quib' iam intergauit. ne amplius habeat triplicare ꝯgruumeſt tenere aliquē ordinē. ⁊ ſi placet interrogare de decem pcept̄ que continent in iſtis verſibus ¶ Unū crede deum nec iures vana p ipm Sabbata ſanctifices hēas in honore parentes. Nō occiſor eris. fur mechus. teſtis iniqu'. Nō vlli nuptā. nec rem cupies alienam. Declarationē horū verſuū habes infra. Poſt ꝯo interrogationē ſup decem pceptis ꝯueniens erit interrogarē ſuper ſeptem vitȷs capitalibus. q̄ in hoc ꝯſu ꝯtinent. ¶ Ut tibi ſit vita ſemp ſaligia vita. In iſta dictōe Saligia ſunt. vij. lr̄e. a q̄b' incipiūt nōia vij. capitaliū vitiorū. per S vero intelligitur ſupbia. ſub qua cōprehendit vana gloria per A auaritia per L fetida luxuria. per I inuidia. per G gula. p I ira. p A accidia. Sȝ an̄q̄ȝ interrogȝ de pctis. pri' querat de excommunicatione maiori. ⁊ ſi inueuit eum aliq̄ ſententia irretitū. ſi habet auctoritatem ſup hoc abſoluat ꝑus Si ꝯo n̄ hȝ auctoritatē remittat ad eū q̄ pt̄ eum abſoluē. ¶ In intrrogatōibus fiendis tria debent obſeruari.

Ho. in iiij. dic̄ q̄ ꝯfeſſor ſa dȝ obſuaē in intrrogatōb' fiendis. ¶ Primū eſt q̄ nō interroget omnes de omnibus. ſed interrogentur perſone de peccatis.

que conſueuerūt repiri in hominibus illius cōditōis ꝛ ſta tus ¶ Ut ſtipendarij de rapinis ꝛ incēdijs ¶ Clerici de ſimōia ꝛ horis omiſſis ¶ Adoleſcētes de luxurijs ꝛ hꝰ ¶ Unū a pͥncipio ꝯfeſſiōis decēs eſt interrogaꝛ ꝯfitētē de cōditōe ſua. de ex ciꝰ ꝛ ſtatu. an clericꝰ. an laicꝰ. an ſolutꝰ l' ꝯiugatꝰ ꝛ hꝰ vt pru dētiꝰ iñ poſſit formaꝛ intͤrogatōs ꝛ q̄ʒtū eſt tp̄is ꝙ fecit vl timā ꝯfeſſionē. ꝛ ſi fecit pn̄iam ſibi iniūctam. ꝛ vtrū in ſta tu gr̄e vl' peccati mortal'. ¶ Scōm ꝙ dʒ obſeruaꝛ ꝯfeſſor eſt vt interrogent̄ ip̄i a remotꝭ de pc̄tis ꝛ in genere nō in vlti ma ſpetie ꝛ mō peccati ſubito ¶ Ut ſi ne ſciebat tale pc̄tm̄ cōmittē. illud adiſcat. ꝛ ſi ducat̄ in tēptatōeʒ. Vbi gr̄a ſi fatet̄ ſe cōmiſiſſe vitiū luxurie nō ſtatim interrogʒ ꝯfeſſor ſi ſeip̄m māibus polluit ꝛ huiꝰ. ſed ita paulatim interrogʒ de mō ꝛ circūſtantijs talis pc̄tī ꝯmiſſi ꝛ huiꝰ ¶ Terciū eſt ꝙ in peccatis carnalibus nō dn̄datur nimis ad ꝑticulaꝛs cir cumſtātias nō neceſſarias. qꝛ hoc eſt ſeip̄m in tentatōem inducere. ꝛ ad inuētōnem pc̄tōꝝ docē eos q̄ ignorāt. ꝛ ali quādo poſtea talia referūt̄ in plateis in deriſum ꝛ ſcādalū ſacerdotū. Vbi gr̄a ſi vir fatetur polluiſſe ml'ierē ex vas de bitū. nō vlterius querāt ꝯfeſſores in q̄ ꝑte corpis ꝛ quō. ſic iam hʒ vltiaʒ ſp̄em peccati. al's Vo turpitudīes q̄s miſeri hōies inueniūt. ip̄imet ſi volūt exp̄māt.

¶ De circūſtantijs pc̄tōꝝ ꝛ ibi verſus earū. ꝛ ꝙ circum ſtantie ſunt in quintuplici ſpetie. §. iij.

Sed nota ꝙ confeſſor nō ſolū dʒ interrogaꝛ de mor talibus ſʒ ec̄ de circūſtantijs q̄ aggrauāt l' alleuiāt ¶ Unū Inno. in. c. oīs. de pe. ꝛ re. dicit. ¶ Sit diſcretus ſacerdos ꝛ cautꝰ. vt more ꝑiti medici ſupin̄ undat vinū ꝛ oleū vulneribꝰ ſauciati diligent̄ inq̄rens pc̄tā ꝛ eoꝝ rum circūſtantias q̄bus diligent̄ ꝛ prudent̄ inquiſitꝭ intel ligat q̄le ei debeat p̄bere ꝯſiliū. ꝛ cuiuſmōi remediū debe at adhibere diuerſ vtendo exp̄imentꝭ ad ſanandū egrotū hec ibi. ¶ Ad illud facit qō dic̄ ¶ Aug. de circūſtantijs pc̄tōꝝ de pe. di. v. c. ꝯſideret q̄litatē crimīs. in loco. in tp̄e. in ꝑſeue rantia. in ꝑſone varietate. q̄li hoc fecerit intētōne. ꝛ ip̄ius vitij multiplici executōe. ¶ Omnis iſta varietas ꝯfitenda eſt ꝛ dicenda. ¶ Dolendū eſt nō ſolū qꝛ peccauit. ſed quia ſe vir tute ꝛ gr̄a p̄uauit. doleat alioꝝ vitā in ſuā fuiſſe corruptā l. ſuo exemplo. ꝛ cōmodū qō dediſſet primo ſuo exemplo

bono. doleat de triſticia quam intulit bonis peccando. ꝛ de leticia quā eis nō adhibuit. hec Augu. Que oīa intel lige ſcḋm q̄ declarant̄ h. Illas aūt circūſtātias q̄ trahūt pcm̄ in alterā ſpēm. optet nccario ꝯfiteri ſcḋm Tho. Alb. ꝛ alios doctores Alias. n. circūſtātias ꝯfiteri. cū ſint pctā venialia pfcōis eſt virtutꝭ nō tn̄ eſt nccariū Pe. de pa. in. iiij. di. xvi dicit q̄ nūer⁹ circūſtātiarū ꝯpbēdit̄ hoc verſu Quis quid vbi p quos q̄bus auxilijs cur quō quādo Ray. vero addit octauū ſ. quotiēs. ꝛ vbi in vſu dr̄ q̄bus auxilijs. ipē dic̄ p quos Dr̄ ergo q̄s. p varietate pſonarū ꝛ ſtat⁹ etatꝭ ſapien tie ꝛ ordinis. ꝛ ſic fuit grauiſſimū pctm̄ Ade. qꝛ q̄nto gra d⁹ altior tanto caſus grauior. ꝛ ingratitudo maior Quid vtrū malū qꝛ ꝓhibitū. vl̄ ex genē ſuo. vtrū mortale l̄ venia le. an occultū l̄ manifeſtū. ꝛ q̄ntū ad hāc ꝯditōem graui⁹ fu it pctm̄ Cain q̄ȝ ade. q̄ntitas eīn generꝭ hōicidij grauior ē pctō gule l̄ ſupbie Ubi. qꝛ in loco ſacro graui⁹ peccat̄ Per quos. qꝛ traxit illos ad peccandū. q̄d eſt ꝓpriū diaboli. vel quos poſuit mediatores ad malū ppetrādū qꝛ pctōꝝ illo rū eſt pticeps. l̄ cū quib⁹. ꝓ q̄bus. ꝛ ꝯ quos Quotiēs nō ſo lū q̄ntū ad ꝯſuetudinē. ſȝ etiam q̄ntū ad nūerum q̄ nume rus refert̄ ad actōem nō ad obiectū actōis. Ubi grā Si hō ī iiuſta ꝯtrectatōe accipiat ſaccū plenū mille florenis eſt tm̄ vnū furtū Si aūt tres florenos accipiat diuerſ̄ actibus ſucceſſiue erūt tria furta. qꝛ in ipō actu eſt pctm̄ ſp eſſentia liter. ꝛ iō nō p̄t vnū in plurib⁹ actib⁹ Cur. an ex infirmitate l̄ ignorātia l̄ elatōe l̄ q̄li intētōne fecerit. qꝛ mortalia pctā trahunt ſpēm a fine. iō hoc diligenter eſt explicādū Qui. n furat̄ vt mechet̄ magꝭ dicēdus eſt mech⁹ q̄ȝ fur. ꝛ tn̄ vnū pctm̄ eſt in vno actu. ſȝ hn̄s ples deformitates Quō. natu rali l̄ innaturali. qꝛ ſp eſt graui⁹ in eodē genē. ſ. agendo q̄ȝ patiēdo Qn̄. ſi in ſacro tpe. puta dieb⁹ feſtinis. l̄ alio tpe ꝛ de pſeuerātia in pctō

¶ Circumſtātie pctōrum ꝯfitēde ſunt in multiplici genē.

Ad declaratōem hmōi. ſ. qn̄. circumſtātie pctōꝝ ſunt ꝯfitende ſic dicit Pe. de pal. Circūſtantie ſunt in q̄n tuplici genere Prime ſunt que nō alleuiāt nec aggrauāt ſicut ille que nullā imptant ꝯuenientiā vel diſcōuenientiā ad rationem nec ex ſe. nec ex ſuſpitione. vt furari cū ma nu dextra l̄ ſiniſtra ꝛ iſtas confiteri eſt ſuperfluum Secun

de ſunt q̄ alleuiāt. ſ. que importāt cōuenientiam. vt facere malum ex bona intentione vel ignorātia. ⁊ iſtas confiteri eſt imperfectum. niſi timeret ſcandalum cōfeſſorum. Tercie ſunt que important diſcōuenientiam ex ſuſpitione. vt furari multum. ⁊ iſtas confiteri eſt pfectum. q₂ aggrauāt peccatum. niſi immineret periculum ſui l' ꝯfeſſoris. vel alterius tercij. Sed quia non mutant ſpetiem nec aggrauāt in infinitum nō eſt neceſſarium eas confiteri ꝭm Tho. ſ₃ Pe. dicit ꝙ quāuis iſta ſit cōis opinio. tutior tamē ē alia ſ. vt confiteantur eas. ſ. cum notabiliter aggrauāt. vt furari centum multo grauius eſt quā furari vnū₃ Quarte ſunt que aggrauant ⁊ mutant ſpēm. nō tamē in infinitum grauant. vt qn̄ vtrumq₃ eſt veniale. vel qn̄ pmū₃ eſt mortale ſecundum veniale. vt in ſpetiebus gule quarū₃ vna aduenit alteri. ⁊ ſunt quādoq₃ veniales ⁊ qn̄q₃ mortales ⁊ iſtas cōfiteri non eſt neceſſarium. nec illud eſt cōtra hoc qđ dicit Tho. ⁊ cōiter alij ſ. ꝙ que mutāt ſpetiem neceſſario ſunt cōfitende. quia loquitur de illis que ſunt mortalia. Ratio āt q̄re nō eſt neceſſariū eas ꝯfiteri eſt iſta. q̄re circūſtantia eſt cōfitenda neceſſario nō q₂ mutat ſpēm. vt pt₃ in veniali. ſed q₂ mutat in infinitū. vt pat₃ in mortali Sed circumſtancia non mutans in infinitum. nunq̄₃ aggrauat in infinitum. q₂ intendit penas ⁊ nō extēdit. Extenſio eīn eſt infinita. nec pt creſcere. ſ₃ intenſio eſt finita. ⁊ ſemp pt creſcere Nulla ergo tal' q̄ nō mutat ſeu aggrauat in infinitū eſt neceſſario cōfitenda. Quinte mutāt ⁊ qn̄q₃ aggrauant in infinitum. vt quādo veniali actui. puta ad gulā ſtudioſe ꝑpatā addit' ebetas. l' notabil' anticipatio hore in ieiunio ſine cauſa Sed vtrū in religioſo ſit mortale qđ alteri eſt veniale. dicēdū ꝙ nō. puta dicēdo ṽbū ocioſum ⁊ h⁹ niſi ſpēm mutar₃. q₂ nubē l' velle nubē. qđ ſclarib⁹ nō eſt pctm̄. ſi hoc fiat cā plis generād e. l' veniale ꝑpt voluptatē eſt mortale religioſo pfeſſo clerico l' ordinato q₂ ſacrilegiū ē nō āt pmi mot⁹ luxurie furti l' inuidie. q₂ null⁹ vouz ſe n̄ habiturū pmos mot⁹ q̄ nō ſunt in nr̄a ptāte. hec Pe. de pal'.

¶ Circūſtantie q̄ trahūt pctm̄ ad aliud gen⁹ ſunt ꝯfitēde.

ET nota. ꝭm tho. in q̄dā epl̄a. ꝙ ille circūſtātie dūt trahē pctm̄ ad aliud gen⁹. ⁊ ſiō de nccitate ꝯfitende que hn̄t ſpālem repugnantiā ad aliqđ ꝑceptorū diuine legis.

Sicut furtū ſimpliciter repugnat huic ꝑcepto. non furtū
facies. Si ꝟo fiat furtū in loco ſacro circūſtātie loci illam
repugnātiā hꝫ ad aliud ꝑceptorū qđ eſt de veneratōe ſa
crorū. ⁊ᶜ additur noua ſpēs peccati ⁊ ſic de alijs

¶ Pctm̄ ꝯmiſſum die feſto trahit ad circūſtantiā aliā

DIc Nico. ď lira ſup Exod. ꝙ pctm̄ mortale ꝯmiſſū
die feſto hꝫ ſpiritualem repugntiā ad illud deſācꝰ
tificatione feſtorū ⁊ ſabbati. qꝛ magis eſt opꝰ ſerui
le opus peccati q̄ꝫ onꝰ manuale Opus aūt ſeruile ibi pro
hibetur. ⁊ ſic eſt mortale vltra ꝓpriā deformitatē ſue ma
terie. ex hoc ꝙ ꝯmittit in die feſto hꝫ aliam deformitatē
quā oꝑtꝫ ꝯfiteri. ⁊ in fine dic̄ idē. Tho. ꝙ illud qđ dr̄ circū
ſtantias nō trahentes pctm̄ ad aliud genꝰ ſiue ſpēꝫ nō eſſe
de neccītate ꝯfitendas. nō eſſe referendū ad numerū pec/
catorū ⁊ eiuſdē ſpēi. qꝛ numerū tenetur ꝯfiteri ſi poteſt. qꝛ
non eſt vnum ſed multa. ⁊ hoc nota diligenter

NOta tercio ꝙ cū cogitatio cū deliberatōe rōis in
actum peccati mortalis. ſ. deliberādi illū actū agē
etiam abſq; oꝑe ſit pctm̄ mortale. iđo ad ſingulas
peccatorū ſpēs poſt peccata operis interroga ec̄ de pctīs
cogitatōnū illius peccati tm̄. ⁊ de pctīs oris. ⁊ cū opus ali
cuius. peccati ⁊ deliberatio mētis. ad illud agendū abſq;
oꝑe ſit eiuſdē ſpēi ſpetialiſſime. ſꝫ differt ſm maiꝰ ⁊ minꝰ.
vel ꝑfectū ⁊ imꝑfectū. quia. ſ. maius pctm̄ eſt in oꝑe q̄ꝫ in
ſola cogitatōe. iō ec̄ de circūſtantijs huiuſmōi cogitatōnū
interrogādū eſt. puta ſi dicit penitēs ſe ꝯſenſiſſe cogitatō
nibus luxurioſ. qꝛ pōt hoc eſſe mltiplicit. ⁊ in diuerſis ſpe
ciebus. iō interroget de q̄litate ipſarū cogitacōnū. vt ſi de
liberauit tale pctm̄. ꝯmittē cuꝫ ſoluta. qꝛ tūc fornicatio eſt
ſi ip̄e ſolutꝰ eſt. aut cū ꝯiugata. qꝛ tūc adulteriū eſt. aut cuꝫ
ꝯſanguinea. qꝛ tūc inceſtus eſt. ⁊ ſic de alijs luxurie ſpēbus
⁊ aliorum vitiorum.

¶ Peccatum diuiditur in tria.

PRo aliquali declaratōe ꝑdictorū. nota ꝙ dic̄. tho
c. ij. q. lxxij. ꝙ pctm̄ diuiditur ꝑ hec tria. ſ. pctm̄ cor/
dis. oris. ⁊ operis. nō ſicut ꝑ diuerſas ſpeties com/
pletas. ſicut differunt ſpē bos ⁊ leo ⁊ capra. ſed ſicut ꝑ di/
uerſos ḡdus peccati. ſicut domꝰ in fundamētū diuidit in
parietem ⁊ tectū. ſicut in ſpēs incōpletas. Cōſumatꝰ igit

peccati eſt in ope. vnde pctm̄ operis hꝫ ſpetiem cōpletam ſꝫ prima inchoatio eiꝰ eſt q̄ſi fundatio in corde. ¶ Scd̄s gradus eiꝰ eſt in ore. ſm q̄ habeo ꝓrumpit facile ad manifeſtandū ꝯceptū cordis. ¶ Terciꝰ gradꝰ eſt in ꝯſumatione operis ¶ Patet ergo q̄ h̄ tria ꝑtinēt ad vnā ꝑfectā ſpēm cū ab eodē motiuo ꝓcedāt Iracundus. n. ex eo q̄ appetit vindictā prius turbat̄ in corde. ſcd̄o in v̄ba ꝯtumelioſe ꝓrūpit. tercio ꝓcedit ad facta iniurioſa. vt ꝑcuſſiōem ⁊ hꝰ. ⁊ ſic de aliȷ̄s q̄buſ libꝫ de luxuria Nec tn̄ intelligēdū eſt peccata cordis eſſe ſpeties incōpletas q̄ſi non ſint mortalia. ymmo qn̄ in eis eſt ꝯſenſus deliberatiuus ad actus q̄ de ſe ſunt pctā mortalia. tales cogitatōes ſunt pctā mortalia. ⁊ ſi nō ita grauia ſicut pctā opis. vt dictū eſt ⁊ qn̄ ſunt ſiml' cogitatio cū locutōe ⁊ ope vnū eſt pctm̄. vt patet de luxuria ⁊ aliȷ̄s peccatꝭ. qn̄ vero quodā tpe deliberat fornicari. ⁊ alio tpe diuerſo ⁊ diſtāti fornicat̄. ſūt duo pctā mortalia

¶ De delectōe v̄o moroſa aliq̄d dicet̄ ſuo loco.

Regule q̄nqꝫ cognoſcēdi pctm̄ mortale a veniali.

Ad cognoſcendū v̄o qn̄ pctm̄ eſt mortale vel veniale Nota q̄nqꝫ regulas ¶ Prima eſt qn̄ amor l' affectō ad aliquā creaturā. ſ. ſe vel aliā tm̄ creſcit. vel eſt tā magnꝰ q̄ in eo ꝯſtituit̄ vltimꝰ finis. i. q̄ nec in actu nec habitu ordinat illā creaturā. aut eꝰ dilcōem. aut ec̄ ſeipſum ſm deū. vt vellet cū tali creatura ꝯtētari. ⁊ nō curaret deū offendere. aut eiꝰ p̄cepta trāſgredi ꝓpter illā creaturā ita q̄ ibi eſt aliqual' ꝯtēptꝰ dei. ſi nō eſt formal'. tn̄ interp̄tatiuꝰ ⁊ eſt fruitio creature. q2 p̄ponit̄ creatura deo. vn̄ cū aliq̄s vellꝫ hic cū creatura ſp manere nō curādo de eterna beatitudine. lꝫ nō ſint ſp rudes de hoc interrogādi l' temptādi. tn̄ talis amor creature ſp eſt pctm̄ mortale ¶ Qn̄ āt aliquis diligit aliquā creaturā plus quā deū ſꝫ ꝓpter hoc nollet deū offendere. aut eo carē. nec eiꝰ amititiā ꝑdere. tal' amor creature eſt pctm̄ mortale ¶ Scd̄a regula ſatꝭ ꝯcordat cū p̄cedenti. ſ. cum notabiliter ꝯ̄ dilcōnem ꝓximi aliq̄d cōmittit̄ tūc eſt mortale pctm̄ qn̄ vero non. tunc eſt veniale. qn̄ vero aliq̄d fit ꝯtra dilectōnem dei. p̄t attendi penes hoc qd̄ repūgnat caritati vel amititie. quā debemꝰ ad deū h̄re ſuꝑ omnia. quando āt aliquid fit cōtra dilectōem ꝓximi. p̄t attendi penes iſta p̄cepta legis nature. ſ. qd̄ tibi





Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

